



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

177. fer. 3. de Sapientia, & Gubernatione Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

Feria 3 post Domin. SS. Trinit. 313

repugnantem gustui Dei, darique potentiam ad omnem nutum Dei explendum.

MEDITATIO. CLXXVII.

Feria 3. post Dominic. S S. Trinit.

*De Sapientia, & Gubernatione
DEI.*

Intuebor oculum Sapientiae divinae plus, quam Solem fulgentem. Petam semper aspici ab hoc oculo.

Conf. 1. Quomodo perfecta omnium cognitio in Deo proveniat ex infinita vi oculi divini, sicut enim oculus humanus in momento penetrat ad stellatum caelum, plus quam 70. millionibus miliarium distitum, sic, infinities amplius oculus & mens DEI videt divinam Essentiam, & Personas, possibilita, eorumque opera possibilita, conditionate futura, & futura absolute omnia.

Conf. 2. Quomodo in Deo sit Sapientia omnium rerum: quia scit substantias, proprietates, virtutes, operationes, causas, & effectus omnes. 2. Quam singulari providentia omnia ordinet in finem gloriae suae, & ostensionis Majestatis suae, & nunquam sinat ab ordine dispositionis suae exire. 3. Quomodo singulis rebus media convenientia det, quibus fines suos assequantur, suaviterque ac fortiter omnia attingens, omnium
O curam

314 *Feria 4. post Domin. SS. Trinit.*
curam specialem habeat. 4. Facit, ut omnia
creata cedant bonis in bonum per miseri-
cordiam ejus, & malis in malum per Justiti-
am. 5. Quia erga homines præsertim ju-
stos habet se, ut Pater erga Filios, quos per
mille pericula & anfractus usque ad affectu-
tionem felicitatis perducit.

Conf. 3. Et laudabo Dominum propter
infinitam Sapientiam, & Providentiam ejus,
ut supra Fer. 2. *Conf. 3.* Rogabo, ut renebrat
ignorantiæ & diffidentiae provida luce sua
disijciat.

MEDITATIO CLXXVIII.

Feria 4. post Domin. SS. Trinit.

De Bonitate DEI.

Aspiciam triplicem Bonitatem DEI, na-
turalem, moralem, & beneficentiam: Velut
catenam triplici gyro omne bonum com-
plectentem. Petam ejus quam maxime fieri
particeps.

Conf. 1. Bonum esse, quod est perfectum,
& bonitas rei ejus est perfectio, i. Naturalis
in DEO quanta esse debet, cum ad ejus ce-
nitem radium, & umbraulem speciem tan-
to impetu currat omnis creatura, & nisi
ipsum communicet, impossibile est aliud
bonum esse extra DEVM. *Am. unum bonum, quod est omne bonum, & sufficit. Augustinus*
Manual. 34.